



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und  
Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten**

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

Dominica II. Paschatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](#)

DOMINICA II.  
P A S C H A T I S.

1.

*Surrexit Dominus verè. Luc. 24.*

Christus post resurrectionem suam apparebat duobus discipulis euntibus in Emmaus. *Mense XII. Disc. 351. pag. 269.*

2.

*Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem, & estis tristes? Luc. 24.*

Perplexi erant duo discipuli; non diligebant JEsum & noverant miracula: mortem ejus viderant, resurrectionem non viderant: mulieribus credere solebant; resurrectionem tamen factam negare non audebant: in hac anxietate hærebant, donec JEsus eos illuminaret. Similis perplexitas multos Christianos tenet, dum hærent inter remorsum conscientiæ, & scrupulum, variisque dubiis exagitantur, præcipue post confessionem. Ne igitur peracta Paschali confessione quies animi nostri deinceps turbetur, consideremus discrimen inter anxietatem Conscientiæ, scrupulum, & dubium. Concionator hic laborabit, ut tria hæc explicet clare, & exemplis illustret ad captum auditoris. *Mense II. Disc. 34. pag. 36.*

3.

3.

*Mane nobiscum, Luc. 24.*

Postquam à peccatis per confessionem purgatus est homo, ex tenebris ad quendam gratia meridiem & conscientiae serenitatem venit. Verum saepe contingit, ut servor pœnitentiae deficiat; quoniam adspersus. Recordari ergo peccatorum jam remissorum debemus, nefragilitas nostra denuo nos in priora peccata præcipitet: *mane nobiscum Domine*. & nos in tua gratia confirma. *Mense II. Disc. 37. pag. 86. usque ad num. 5.*

4.

*O stulti, & tardi corde! Luc. 24.*

Meritò hæc Christi reprehensio etiam illis inculcati potest, qui accepta peccatorum remissione injunctam pœnitentiam nimium sibi difficultem arbitrantur, eamque vel omittunt vel differunt. Stulti sunt, quia purgatoriis gravissimas pœnas malunt, quam breve jejunium, orationem, vel eleemosynam sibi impositam: tardi sunt, quia morantur Deo pro remissione peccatorum satisfacere, nescientes, an incrastinum victuri & tempus habituri sint, ut exiguâ haec pœnâ gravioribus se purgantis flammæ suppliciis subtrahant. Cito igitur, libenter, ac promptè peragenda est pœnitentia. *Mense III. Disc. 88. pag. 590. à num. 7. ad fin.*

5.

*O stulti & tardi corde! Luc. 24.*

R. P. Calini, S. J. Index.

g

Si

Si quis consideraret commoda ex confessio-  
ne nascentia, lubenter & ferventer ad eam fre-  
quentandam accederet. Remittuntur peccata,  
deletur reatus pœnæ , animus tranquillatur,  
contra tentationes roboratur &c. Hæc quia non  
considerantur, modicus ex confessionibus sæpe  
fructus refertur , quia multi vel aliorum dem-  
um jussu coacti vel ex mera consuetudine con-  
fitentur. *Mense III. Disc. 89. pag. 613. à num.  
9. ad finem.*

### FERIA III. P A S C H A T I S.

I.

*Pax vobis : ego sum , nolite timere,*  
*Luc. 24.*

Bonitas Christi erga suos fideles , quos tan-  
quam passionis suæ socios multiplici consolatione  
confirmat. *Mense XII. Disc. 352. pag. 291. usque  
ad num. 8,*

2.

*Pax vobis , ego sum , nolite timere,*  
*Luc. 24.*

Omnibus Deum verè quærentibus pax annun-  
ciatur à Christo, præcipue discipulis, qui para-  
ti jam erant omnia pro illo pati & per quævis af-  
pera illi adhærere. Alii verò acquisita semel a-  
nimi pace & peccatorum remissione ad insolenti-  
am suam abutuntur, de quibus *Jerem. c. 6. v. 14.*  
dicen-